



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Desiderius. Dialogvs Vere Pius, & Comprimis Iucundus, De
Expedita Ad Dei Amorem Via**

Comalada, Miguel

Elvaci, 1685

Cap. VIII. Prosequitur inchoatum sermonem Humilitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60062](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60062)

justissimus sit, velitque cuilibet, quod suum est, tribui: cumque illi uni, tanquam soli bono, omnis honor, laus & gloria debeat, ea etiam sibi uni vult praestari ac exhiberi. Quod si quis alius ea tanquam sua ac propria ambiat & appetat, ejus vana est gloria: praeripitque ac suffuratur eam illi, cujus unius est: potestque pro deliberato ac voluntario fure haberi, quando rem alienam, insciente ac invito domino, contrectat, sibi que usurpare appetit.

Prosequitur inchoatum sermonem Humilitas.

CAPUT VIII.

DESIDERIUS. Posteaquam Domina Mater, genus tuum mihi edixisti, velim explices, quanam hujus domus praefecta sis instituta. Siquidem praclarum quiddam,

dam, eximiusq; honos is mihi videtur: possitq; olim ita evenire, ut & ipse alicujus domûs præfectus efficiar. Multum enim interest, inter iusta dare & accipere. Humilitas his auditis in lacrymas prorupit. Cui Desiderius: Quamobrem, inquit, Domina Mater, lacrymas fundis? **HUMIL.** Lacrymas mihi exprimit Fili hoc ipsum, quòd humilitatis habitu foris quidem rectum, intus autem nudum te conspiciam: & quòd nomine pius ac devotus videaris, re autem ipsa & animo procul à pietate & devotione absis. Frustrà quidem hæcenus necum sermones commiscuisti, quando hujuscemodi cogitatus & desideria mihi, Patriq; meo, & longè amantissimo Domino JESU, qui neque verbis, neque factis unquam dominatum expetiit & ambivit, neque venit ministrari, sed ministrare, prorsus adversantur. A quo itinere quisquis deflectit & aberrat, non Beatitudinis, sed

sed Damnationis amplectitur iter.
 Atq; O ! miseros & calamitosos nos,
 quibus alios regere ac moderari in-
 cumbit, cum satis superque negotij
 nobis facessat nostri ipsorum mode-
 ratio. Talis honor prorsus miser
 est, plenus curis omnigenis, labo-
 re, defatigatione, afflictione, an-
 gustiis, periculis, & horrendo ti-
 more: idemque si non rectè geritur
 ac administratur, sempiternâ igno-
 miniâ, & dedecore commutatur.
 O præfecturæ vel regiminis onus
 grave! ubi nihil nisi labor & mole-
 stia sentitur: & à quibus merita præ-
 mia & gratiarum actio expectanda
 forent, odium, obmurmuratio, ac
 malevolentia recipitur. Siquidem
 aliquamdiu hîc apud nos demoratus
 eris, senties me verum dicere. Por-
 rò quod ad percontationem tuam at-
 tinet, nempe, uti ipsa in Præfe-
 ctam evecta sim, jam mea tibi pan-
 dam secreta, totumque animum ob
 amorem DEI explicabo. Ubi ad
 has

has primùm accessi ædes, ita mecum
constitueram, mihiq̄ue persuase-
ram, me jumentum esse, cætera-
rumq̄ue virginum vilem servam ac
famulam: istudq̄ue propositum tan-
to perè dilexi, appetij, & cordi ani-
moq̄ue impressi, continenter ipsum
mente volvendo, DEUMq̄ue ob-
secrando, mihi id ut charum red-
deret, uti DEUS omnipotens me
illi in matrimonium collocârit,
ejusq̄ue conjugem effecerit: atque
illius procuratione & operâ hoc mu-
neris vel officij adepta sum: tametsi
id ipsa neque vellem, neque appe-
terem. Hæc ubi Desiderius perce-
pit, virginem hanc eximia censuit
virtute præditam, eò quòd se ob
Amorem DEI usque adeò vilipende-
ret ac abjiceret. Cumq̄ue eam ad-
huc virginem esse cerneret, facile
animadvertit, non carnale, sed spi-
ritale eam matrimonium comme-
morare: aitq̄ue ad eam DESIDER.
Quisquis igitur in Superiorem &
Præ-

Præfectum vult erigi ac promoveri, is prius (ut ipsa fecisti) sese abjiciat ac humiliet oportet. HUMIL. Ita planè Fili. Quod si probè capias, senties hanc ipsius summæ veritatis esse sententiam. DESID. Et quæ me hæc capere oportet? HUMIL. Ita videlicet, eum qui se humiliet, exaltari; sic tamen, ut non eò se humiliet, ut idcirco optet exaltari, ita namque superbus erit. Superbia autem & Humilitas sibi mutuò adversantur: & quod plus est, semper sibi invicem contradicunt. Siquidem in opere, quod quis facit, dum sese perfectè humiliat, extollere simul non potest. Qui verò sese humiliat & abjicit eo animo, ut exaltetur, is actu quidem præferet humilitatem, sed in seipso superbus est. Et quia actio ex fine & animi destinatione seu proposito denominatur, talis humilitas superbia dicitur. Ex quo fit, ut humilitas, non una ratione, sed diversa, superbia dica-

dica-

dicatur. Nam quod ad actum ipsum
attinet, foris quidem humilis est,
sed ob finem & animi destinationem,
superbiae obnoxius est. Atque ut
proprie loquamur, humiliatio cum
superbia non pugnat, sed spiritus
humilitatis. Estque impossibile,
ut hæc duo simul permaneant. Hu-
miliatio enim non nisi actus est:
Spiritus autem humilitatis, tum
actum ipsum, tum sese abjiciendi ac
humiliandi propositum consummat
& exequitur.

*Sermonis hujus continuatio,
& de concertatione adversum
vitia.*

CAPUT IX.

HUMILITAS. Iste ergo Mari-
tus meus jam ante commemo-
ratus, (videlicet Propositum hu-
miliandi me ut jumentum & servam
omni-